



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

8. Ignem Dei amicis parcentem, vel nocentem, Dei nomen ac gloriam  
propagare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

menti igne, & liquido plumbō vberimē omnibus eius membris superfuso, nihil est mali passus, vt planē immortalis videretur. Certē, in mortali corpore, immortalē DEI omnipotentiam dominiūque luculentē demonstrauit: vt meritō dicere potuerit.

Daniel. 3. 66.

*Benedicite ignis & aestus Domino, Laudate Dominum de terra, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius.*

VIII.  
S. Greg. lib. 1.  
cap. 11. Dial.

Quod verbum etiam fecit ignis, quando Martyrius omni alio vase destitutus, prunas ardentē, immo luculentum ignem pallio exceptum, longā viā, in montem ad fratres suos, apportauit, nullo vsionis vestigio, in arida vestis materia, relicto. Qua deinde veste leprosum obtexit, & sanauit. Witickindus scribit, Haraldum Danorum Regem, à Popone Episcopo, ab idolis, ad fidem

VVtickind.  
lib. 3. hist. &  
Baron. 10.  
Tō. An. 849.

SS. Trinitatis antē non adductum, quā eum videret, illæsis manibus, ferrum candens gessare. Eo miraculo ita est accensus Rex, vt vnicum DEVM trinumque & ipse profiteretur, & à toto regno iuberet adorari. Quod etiam DEO tres pueri, in fornacis flagrantia illæsi, effecerunt: & effecerunt alij quoque, quamuis læsi: inde enim testes, vnde Martyres fuerunt. Nicephorus certē tradit, in quadam Phrygiæ ciuitate, ita religionis Catholice zelo arsisse ciues, vt vnā cum liberis, vxoribus, & omnibus fortunis suis, ac tota in super vrbe, maluerint in cineres redigi, quā Maximini imperio, fidem negare. Qua de causa eorum, tanquam heroicorum Martyrum Christi, Festum. 7. Februarij die, Ecclesia celebrat: Sic ignis, vel holocausto, vel miraculo laudat Conditorem. Holocaustum etiam fuit D. Laurentius, D. Pionius, & quotquot, per flammās, ad caeleste refrigerium, transferunt. Miraculum fuit Lot, è sulphureo Sodome incendio, eductus; & Abraham, quem

Niceph. lib. 7.  
cap. 10.

Hæbraei tradunt, quia ignem, quem Chaldaei colunt, adorare noluerit, in ignem missum, à Deo liberatum. Vnde &, in itinerario Romano, dicitur, *de vr Chaldeorum*, hoc est, de igne eductus; & probatus sicut igne probatur argentum.

Gen. 19.

Ne autem fulmineam quis flammam magis indomitam esse existimet; est ea itidem à Deo nonnunquam cohibita, ne sauiet. Mithridates Rex Asiae & Ponti, cum adhuc infantulus in cunis vagiret, collapsum fulmen fascias, quibus inuolutus erat, exussit, neq; tamen, ipsum læsit, vestigium modò quoddam ignis in fronte relictum est, quod

Vines in li. 19.  
de Ciuit.  
cap. 15.

Prouerb. 17. 3.

IX.  
Muret. lib. 1.  
var. hist. c. 2.

Ne autem fulmineam quis flammam magis indomitam esse existimet; est ea itidem à Deo nonnunquam cohibita, ne sauiet. Mithridates Rex Asiae & Ponti, cum adhuc infantulus in cunis vagiret, collapsum fulmen fascias, quibus inuolutus erat, exussit, neq; tamen, ipsum læsit, vestigium modò quoddam ignis in fronte relictum est, quod